

05

A

857



I. N. J.  
DISPUTATIO PHILOLOGICA,  
*Continens*

# ANALYSIN DICTI

I. Tim. 4. 8.

*Quam*

Propitij Numinis adspirante gratia

*Sub PRÆSIDIO*

VIRI PRÆCLARISSIMI

Dn. M. FRIDERICI HOLTZMANNI,  
AMPLISS. FAC. PHILOS. ADJUNCTI gra-

vissimi, ejusdemq; hodie DECANI spectabilis,

Dn. Præceptoris, Promotoris ac Favitoris sui summo  
Observantiae & honoris cultu prosequendi.

*Placida Eruditorum disquisitioni  
subjicit*

JOHANNES CONRADUS SAHERUS,  
Autor & Respondens.

*In Auditorio Majori*

Hab. d. 18. Septemb. Horis antemerid.



WITTEBERGÆ,  
TTPIS JOHANNIS HAKEN, M DC L.

LIBRERIA PHILIPPI

ANALYSTA DACTYL

18. T. 1744.

1744. 2. Januar. 1744. 2. Januar.

1744. 2. Januar. 1744. 2. Januar.

1744. 2. Januar. 1744. 2. Januar.

DYNTONIUS HOMMANNI

ACADEMIA SACRAE THEATRI

HALLE ISAAE

UNIVERSITATIS LIBRARI



05 A 857



## PRÆLOQUIUM.

I, quanta Græcarum literarum utilitas est, tantâ quoq; omnes excōlendi eas perdiscendiq; cupiditate flagrarent: multi sine dubio ad solidam eruditionem pervenirent, qui, quoniam easdem literas justo habent negligentius, utilissimo discendi instrumento se privant, viamq; emendi ad summā ipsimē intercludunt sibi. Non affero, vix latinas literas rectē discere eum, qui Græcas haud attigerit: nec inculco, maximā Græcam linguam suavitate se commēdare lectoribus Græca. Id satis habebo dixisse, quicquid est prudentiæ civilis, aut sapientiæ, ac rerum naturalium scientiæ, illud, si non omni ex parte, at certè bonam partem ex Græcis auctōribus petendum esse; Cujus rei demonstratio et si à nobis, quippe peradolescentibus, nequeat proficiisci: quod auctoribus pervolvendis vix mediocrium capax adolescentia sufficere haud utiq; possit: tamen Excellentissimorum Virorū auctoritati, quam præsertim comprobaverit experientia, standum esse arbitror, ac credendum,

A 2 omnino,

omniō, bonā eruditioṇis partem in cognitio-  
ne non perfunctoria Gr̄carum literarum positiā  
esse. Quō excusatiū facere me existimari,  
quod in pr̄sentiā sacrum aliquod oraculum re-  
solvendum suscepī. Placuit enim verō ex iis  
literis aliquid delibare, quibus ego me planē ad-  
dixi. Ut & meo desiderio satisfacetem, & Ex-  
cellentium Virorum me secutum auctoritatē  
ostenderem, qui gravissimo in primis Theologiæ  
studio harum tractatione literarum haud perfun-  
ctoria pr̄ludere nos oportere decernunt. Cæte-  
rū subiectimus huic analysi aliquid literarum  
Philosophicarum, ut eō copiosior nascatur dispu-  
tandi disceptandiq; occasio. Deniq; quosvis,  
qui in hæc nostra inciderint, peramanter ac per-  
officiosè rogo, ut, quali judicio sua excipi ga-  
dent, eodem ergā nos nostraq; nunc uti ne de-  
dignentur. Id est, interpretentur benignioreme  
in partem, quicquid est, quod hic conor; si quid  
erratum alicubi est, per humanitatem condonēt,  
& de cætero ad honesta tendenti vires favendo  
adspirent, eandem benevolentiam & ipsi vicis-  
sim ab alijs experturi. Quod igitur felix & fau-  
stum esse Deus velit,

Exhi.

Exhibemus Analysisin textus, qui  
exstat. i. Tim. 4.8.

η δὲ ἐνσέβεια τοῦτο πάντα ὡφέλιμός ἔστιν, ἐπαγγελία  
ἔχουσιν δυνάμεις τῆς νῦν, καὶ τῆς μελλόντης.

### Analysis Philologica.

¶] est articulus præpositivus (ut vulgo loquuntur) simplex, gen. fœm. qui facilè discerni potest ab articulo postpositivo simplici gen. fœm. ¶ Ille enim cum solà aspirationis: hic & cum aspirationis & cum accentus notâ pingi solet. Præponitur autem h. l. non quoad emphasin, uti i. Cor. 3.11. η γὰρ ἡμέρα, ille enim dies, manifestabit sc. qui erit extremi Judicii: nec quoad ornatum, sicuti Joh. 5.30. η κρίσις η ἡμέρᾳ, judicium meum est æquum. Ubi posterior articulus pronomini possessivo non necessitatis, sed tantum ornatūs gratiâ præpositus est. Cœterū Ariani festivi sunt hic circa articulum hunc, & ex ejus omissione seu defectu. i. Cor. 1.24. Christi Deitatem impugnare contendunt. Inquiunt enim, per Ἰησὸν δύναμιν non Christum, sed virtutem Dœo insitam, & cum eo existentem intelligi debere, quia scilicet articulus η nō præpositus est. Sed quām misera hæc sit Philologica ratio, (nam de cæteris nostrum non est agere) quamq; lubrica probatio, ex infinitis exemplis, quæ ad oculos ipsis demonstrari queunt, patescit, quod omisso etiam articulo præpositivo certum aliquod subjectum necessariò intelligatur. Ut unicum saltem adducamus, quemadmodum Apostolus in eodem capite, eodemq; versu Christum appellat Ιησοῦν φίλων sine articulo, quem tamen Luc. c. II. v. 49. Scriptura τὸν φίλων τὸν Ιησοῦν vocat cum articulo: Pari quoq; ratione, licet verbis, Ιησοῦν δύναμιν, non præpositus sit articulus, alibi tamen 2. Cor. 12.

¶. i. d'apud τὸν Ἰησόν, conspicimus præpositum. Dicimus ergo, articulum nihil hīc valere, & malè adduci ad probandum. Interea qui etiam scire gestit lusus & abusus articuli præpositivi masculini gen. o , quos Adversarij ad pallandas suas heterodoxias adhibent, adeat B. Meisn. Phil. Sobr. part. 2. Sect. 1. cap. 4. q. 4 & Plurimūm Reverendi, & Excellētiss. Dn. D. Althoferi, Theologi maximi, ac Patroni mei Tumimopere venerandi Observationes sacras in Johanni. cap.

I. p. 7.

¶) Particula hæc significationem obtinet vel completivam Act. 27. 20. 2. Cor. 1. 21 : vel distributivam, Act. 28. 5. & 24. vel conclusivam, 2. Cor. 1. 6. Luc. 2. 35 : vel deniq; adversativam, quām hīc deprehendimus, ubi Apostolus corporali exercitationi, quæ paululum utilitatis habet, Piatem, quæ ad omnia utilis est, opponit. Plura de hæc particula vide apud D. Glassium in Philolog. Sacra. l. 3. tr. 7. p. 609. & 610.

Εὐτίβεια ) derivatur hæc vox θάπτω εὖ (quod variè à varijs Lexigraphis exponi solet ; à Profanis : facile, feliciter, commodè, rite, præclarè, pulchritè, aptè : à Sacris : piè, probè, religiosè, quam expositionem hīc nos intelligimus ) & verbo αἴθω, vel, quod usitatus est, αἴθουσα, quod tūm in profanis, tūm in Sacris literis promiscue sumitur. In profanis tribuitur Diis, Hominibus, & rebus, cuius rei exempla Scapula, & alij plurima suggerunt. In Sacris accipitur de Deo, Act. 18. 13. & Hominibus, act. 17. 23. Dicitur vero εὐτίβεια alias εὐλαβεια, reverentia. Hebr. 12. 28. Item, Σεμεῖα, cultus & observantia Jacob. 1. 27. παῦς Ἰησός, Joh. 3. 26. κατ' εἰδοχὴν, εἰλήφεια veritas seu vera religio. Joh. 17. A Clem. Alexandr. l. 7. Stromat. appellatur Ἱερωρέμεια, cultus DEI, seu Deo conveniens. Ab August. l. 10. de Civit. Dei. cap. 1. Epist. 29. vocatur Ἱεροίθεα, reverentia Dei.

85

I. Präpositiones τοῖς & εἰς non differunt, ut nonnulli Lexicographi docent. Unde Regula Gaza, quæ sic sonat: vocula εἰς de rebus inanimatis, τοῖς de animatis dicitur, universalis non est. Demonstrabimus id I. ex Sacris. Marc. 3. 7. ἀνεχώρησε μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτῷ τοῖς τὴν θύλακον, cum discipulis suis secessit ad mare. Marc. 5. 22. πίπτει τοῖς πόδας αὐτῷ, procidit ad pedes ejus I. Cor. 12. 2. τοῖς τῷ ἔδωλῳ τῇ αἴφωντι ad simulacra muta. Matth. 15. 24. ἐκ ἀπεσάλειν, εἰ μή εἰς τὰ τοφέατα τῷ ἀπλωλότῃ οἴκῳ ἴστηλ, non sum missus, nisi ad oves perditas domus Israëlis. Luc. 12. 10. καὶ πάτε, οὐ ἔρει λόγον εἰς γὸν τῷ αὐθεντῷ, αἴφεθεται αὐτῷ, & quisquis locutus fuerit aduersus filium hominis, remittetur.

II. ex Profanis; Isoc. γυμνασίου δι τοῖς υγίειαν συμφέρειαι, exercitia ad sanitatem conducentia. Demosth. αὐτοφέρειν εἰς τὸν ἀρχοντέ, reducere ad Principem. Aesop. Fab. ἦσθι πανοπεργίγμονθ. αὐτῷ πανοπεργίγμων εἰς τὸν ἐν δελφοῖς ἥκειν Απολλοντα, πειράσσει τὸν Βελόμηνον, vir quidam nequam, ad Delphicum venit Apollinem, tentaturus ipsum: Hisce prælibatis præpositio τοῖς contemplanda esset, tūm quoad constructionem, tūm quoad significationem. Sed quia aliás de iis Lexicographi prolixè nimis agunt, silentii peplo illa involvemus. Hoc interim notabimus, particulam τοῖς non raro elegantiæ apud Græcos servire. Exempla sunt: Lucian. Dial. 49. τοῖς θάνατον δοπδειλιάν. pro θάνατῳ, mortem timere. Plut. in Lyc. τρόπος τοῖς ἀγκαλαῖς τοιαῦτα πομπεῖν, pro τοῖς ἀγκαλαῖς. infantes in ulnis gestare. Epict. enchirid. c. 4. τρόπος τὸ περὶ ν. pro τοῖς ταχεστοῖς. in præsentia. Aesop. in Θητημοθίν fab. τοῖς τὸν ἀλωπέκον. διένεισαν τοῖς τοῖς πέλας ποτὲν συρεβελίας. pro τοῖς πέλας. ex benevolentia propinquis consulere. Lucian. Dial. 45. τρόπος ιθανήν δοτοθησόμενον, pro ηδέως, libenter mori. Arist. l.

4. de animal. part. c. I. πὲ τὰς τὴν τροφὴν μίεια, pro τῆς  
τροφῆς, alimonii portiunculae. Demosth. in Aristocr.  
σπερδάζειν τρόφου, colere aliquem.

πᾶν(α) nominativus sing. neut. gen. est πᾶν. Ubi differ-  
entia observanda est inter τὸ πᾶν, & πᾶν. τὸ πᾶν Oratori-  
bus, Historicis & Comicis idem est, ac ὅλως breviter, οὐδὲ  
κεφαλαις, summatis, εἴνι τε λόγῳ, uno verbo: Philosophis  
dicitur Universum hoc, quod Cicero modò Totum & o-  
mnia, modò mundū ipsum appellat. Sic Arist. l. 4. Phys. c.  
5. text. 45. τὸ πᾶν, inquit, & τοῦ, Universum alicubi non est.  
Ubi per τὸ πᾶν, tota corporeæ molis universitas intelligi-  
tur, docente B. Jac. Mart. in prælect. extemp. l. i. de loco. p.  
162. & 163. Differunt ergò τὸ πᾶν & τὸ ὅλον accuratè loquen-  
do, ita, ut prius abstractè pro universitate, posterius con-  
cretè prototo accipiatur. A patribus deniq; τὸ πᾶν ipse  
Deus vocatur, quia universas habet perfectiones, & in eo  
omnia consistunt, habetq; is quasi pelagus quoddā Essentia  
immensum & infinitum. πᾶν verò est nomen adjективum  
significans omne, quodvis, quodlibet, unde Panis, quod a  
nimis causā inspergendum est, eò quod omni, quovis vel  
quolibet tempore nobis ille necessarius est, vel ut Taubm.  
notat in Curs. Plaut. quod cum omni cibo apponatur, vel  
ut alij volunt, quod omne animal eum appetat, si fides est  
habenda Etymologis. Cœterum nominat. plur. neut. gen.  
πάντα quod concernit, notandum primò est contrà Photi-  
nianos, vocem πάντα, quoties in N. T. conjūgitur verbis,  
quæ vel creationem primam, vel gubernationem, vel con-  
servationem significant, toties restrictionem non admit-  
tere, quod Theologi docent, nominatim celeberrimus  
Dn. D. Althoferus in Observat. sacr. in Johan. cap. i. p. 8. &  
Gravv. de Sophism. Phot. p. 23. Secundò contra Manichæ-  
os, vocabulum πάντα Joh. i. 3. absolutè & simpliciter positū

non



non invisibilia tantum, sed visibilia simul & invisibilia.  
Videsis iterum Dn. Theologos, præsertim disp. Exeg. 1. in  
Johann. Præside B. Lysero habitam num. VI. Tertiò con-  
trà Socinum, nō πάντα in Sacris literis nunquam pro πάντες  
usurpari. Ille enim 1. Joh. 2.20. per πάντα seu omnia, πάντας  
seu omnes homines intelligit. Idq; exinde probare cona-  
tur, quia neutrum genus sâpe pro masculino accipitur,  
Matth. 16.17. σὺ εἶ πᾶτερ. Sed quod locum hunc allegatum  
attinet, ex eo nihil quicquam probare potest Socinus. Ne-  
que enim hic genus neutrum pro masculino, neq; masculi-  
num pro neutro acceptum videmus. Unde Philologus  
Clarus Dillherrus in Ecclog. Sacr. N. T. p. 96. & 108. occur-  
rit quidem, inquit, apud Poëtas & Historicos, qui Attica  
sunt usi dialecto, etiam πέρης, tanquam appellativum.  
Sed in N. T. non invenimus, nisi λιθος & πέρης, nullibi πέ-  
ρης &c. Consule etiam B. Meisn. Phil. Sobr. part. 2. q. '4.

ωφέλιμος) vocabulum hoc utilitatem cum sufficientia ac præstantia conjunctam denotat. Non enim hoc vult  
Apostolus, pietatem tantum cultori suo aliquid utilitatis  
afferre, sed ipsi quoq; ad præstantia omnia sufficientem  
esse. Quo sensu etiam usurpatum legimus (quod contrà  
Bellarminum & Andradium Sacræ Scripturæ perfectionē  
destruere volêtes tenendū est, ut fusi ostendūt Theolo-  
gi.) 2. Tim. 3.16. ubi vox ωφέλιμος, Sacram S. adeò utilem  
sufficientem & præstantem esse indicat, ut inde Doctor Ec-  
clesiae doctrinam veram asserere, falsam confutare, mores  
informare & emendare, imò sapientem ipsum ad conse-  
quendam Salutem reddere possit. Unde etiam Apostolus  
maluit uti τῷ ωφέλιμῷ, quam vocibus, γένησι, γένεσι,  
σύμφωνο, λυσιπελῆς, ἀγαθίς, quibus alibi tamē 2. Tim. 2.14.  
2. Tim. 2.21. c. 4. II. Luc. 17. 2. Eph. 4. 29. Heb. 12. 10. uti solitus  
est.

Et] in dī seu Est, in Sacris duplex reperitur, vel ~~ovvduā~~  
sue i.e., copulativum: vel ~~ταρπην~~ seu Substantivum.  
Matth. 27. 24. Joh. 8. 58. Act. 25. 10. & quale hic cernimus. Illud  
Logicis dicitur Est secundi adjecti, seu Est consideratum  
quoad veritatem prædicandi: Hoc, Est tertij adjecti, seu Est  
consideratum, quoad veritatem essendi, quod ~~εν παρό-~~  
~~δη~~ anneximus, alias enim ad forum Philosophicum  
spectat.

Ἐπαγγελία) ἐπαγγελία & ἐπαγγελμα modò differen-  
ter, ut Act. 2. 39. μή. Τινή. ἐπαγγελία vobis facta est promis-  
sio. 2. Pet. 1. 4. πίστις ἐπαγγέλματα, pretiosa missio: mo-  
dò indifferenter capiuntur. Heb. 11. 33. ἐπιτυχον ἐπαγγελίων  
pro ἐπαγγελμάτων, consecuti sunt missio. 2. Pet. 3. 13.  
καὶ τὸ ἐπαγγελμα αὐτῷ περιδικάρι, pro κατὰ τὴν ἐπαγγε-  
λίαν, secundum promissionem ejus expectamus. Notandum  
pō rrō, ἐπαγγελία Gal. 5. 8. πεσεπηγγελμάτην appellari,  
propterea quia in V. T. Gen. 3. primū in Protevange-  
lio prolata, postea per pactum, Sacramentum, Sacrificium  
& jusjurandum Abrahamicā familiā confirmata est, ac  
tamdiu continuata, donec in Christo adimpleretur. Cœ-  
turūm hoc, itemq; quæ sint ἐπαγγελίαι τοιηγ; seu legales  
& quæ sint ἐπαγγελικηγ; seu evangelicæ, ad Theologos remi-  
timus.

Ἐχει) varijs significationibus vocem hanc tūm in Sa-  
cris, tūm profanis abundare videmus. Significat enim  
vel qualemcumq; possessionem Act. 3. 6. ὁ ἔχει, τέλος οὐ δι-  
δωμι, quod possideo, hoc tibi do. Unde, 1. Cor. 11. 22. οἱ  
ἔχοντες sc. τὰς γοῖς, divites appellantur; eo quod divitias  
possideant: vel Petitionis imprecationem 1. Joh. 5. 15. ἔχ-  
ει μη τὰ αγήματα impetravimus, quæ petebamus: vel facul-  
tatem. 3. Joh. v. 13. πλάσιον γένεσιν, multa possem scri-  
bere. i.e. facultas mihi effet scribendi: vel certam persuasio-  
nem.

nem. Marc. ii. 32. ἀμεντος γαρ εἰχον Ιωάννην, οὐ διττος οὐδε  
Φίλης ἦν, omnes enim certò sibi persuadebant de Johanne, quod verè Propheta esset; vel deniq; Habere, quæ significatio hujus verbi propria est, quamq; nos hic intelligimus. Notandum verò, τὸ ἔχειν interdum periphrasi servire, uti h. l. videmus, ubi Apostolus periphrastica locutione utitur, quando dicit: Pietatem habere promissionē præsentis & futuræ vitæ. Nam idem fuisset, si dixisset, Pietati præsentem & futuram viram promissam esse. Sic profani autoctores quoq; loquuntur: Isocr. συγγνώμην ἔχειν, ignoscētiam habere, i. e. ignoscere. Xenoph. Θημέλαιου ἔχειν, curam habere, i. e., curare. Eurip. ὁρόμον ἔχειν, cursum habere, i. e. currere. Plutarch. δέος ἔχειν, metum habere, i. e. metuere, &c.

ζωὴς ) vox hæc primò convenit Deo, 2. Cor. 3.3. & 6.16. Deus enim habet ζωὴν originaliter, & perfectissimo modo, unde & αὐτην ζωὴν vocatur. Convenit deinde ei vita ἐνεργητικὰ, quia cœteris vitam largitur, quamq; dedit, sustentat. Deinde hominibus & brutis quoq; communis est; unde quævis animantia ζῶε i. e. viventia: irrationalia ζῶε i. e. animalia, quæ accentu saltem distinguuntur, vocari solent. Sciendum verò est, vocabula ἀνεῦμα, ψυχή, ἀνεμός, βίος, apud profanos (in sacris nonnisi ψυχή & βίος) cum voce ζωὴ permutari, cum tamen maximè inter se differant. ἀνεῦμα enim, Spiritus est, ψυχή est ipsa anima, quam Aristot. εἰ πλέχεται ἡ ζωὴ τε ζῶε appellat. Ανεμός propriè venti sonus est, (descendit enim ab ἀνεῳ, sono) qui permetonymiam causæ pro effectu, ipse ventus dicitur. βίος deniq; animalibus ratione præditis, seu hominibus competit, cœteris autem ratione destitutis seu brutis, nonnisi impropriè tribuitur.

τῆς ἥν ) Articulus hic præpositivus non est otiosus,  
B 2 quem-

quemadmodum Act. 27. 22. καὶ τὰ νῦν ἀδρανῶ, pro νῦν, & nunc hortor, ut bono animo sitis; sed ellipsis quandam innuit, quæ ita suppletur: τοῖς νῦν sc. παρόστοις. Sic sæpè etiam ad articulos, qui adverbiiis absolute præpositi sunt, participium masc. ὅν vel neut. ὅν subaudiri solet. Matth. 6. 9. ὁ εἰ τοῖς οὐρανοῖς sc. ὅν, qui in cœlis est. Col. 3. 2. τὰ αὐτὰ sc. ὅντα, quæ superna sunt. Particula vero νῦν h. l. temporis adverbium est, non conjunctio συναπότητος, qua in assumptionibus sæpè Scriptura utitur, Act. 7. 34. c. 15. 10. Rom. 3. 21. c. 7. 17. 1. Cor. 7. 14. c. 12. 18. c. 15. 20.

καὶ) Particula hæc h. l. non est illativa, ut Rom. 1. 24. & col. 1. 21. neq; continuativa, sicuti Hebr. 11. 11. Joh. 5. 17. c. 15. 10. neq; causalis, quemadmodum Luc. 1. 42. neq; distributiva, veluti Act. 13. 27. neq; adversativa, quomodo Joh. 5. 40. c. 8. 55. neq; disjunctiva deniq; uti Matth. 12. 37. Sed copulativa, quæ promissionem vitæ præsentis cum futurâ copulat & connectit. Atq; hæc ultima significatio omnibus Græcis tūm Sacris, tūm Profanis Auctoribus familiarissima est.

Μελλόντος) Nonnulli sunt nasutuli, qui impuritatem styli N. T. non modò ex hōc, sed alijs quoq; locis, vid. Matth. 3. 7. Luc. 3. 7. demonstrantur. Participio enim μέλλων inquiunt apud Græcos semper conjungi sole-re infinitivum, ἔσεσθαι, Exempla proinde adducunt ex Theogn. vers. 1074. ὥρφὴ γέροντος τίτανος ἡρός ἐτελέσθαι μέλλοντος ἔσεσθαι, caligo enim extensa est & ante id, quod futurum est, ut & Eschin. Εἰ μέλλοντος ἔσεσθαι περιέγενετ, quæ futura sunt, prædicere. Sic itaq; juxta illos h. l. deberet esse μελλόντος ἔσεσθαι. Sed hoc ipso ipsi insignem suam græcarum literarum in scitiam produnt. Nullus enim gentium, nisi qui conjugationum grammaticarum expers est, negabit, quod ὁ μέλλων ἔσεσθαι futurum tempus designet, etiā omisso

omisso infinitivo ἔπειθαι. Deinde etiam allatis eorum exemplis alia quoq; exempla è probatisimis & antiquissimis græcis Scriptoribus petita opponimus. Isocr. ad Demonic. νοῦν ή τύχη καὶ τὸ μέλλον αἴρεται, fortuna communis est, & quod futurum est, provideri non potest. Sic Eurip. in Rheso. v. 332. ὁρε τὸ μέλλον, respice quod futurum est. Ecquis tantos viros cavillabitur, quasi græcè non scripserint, eò quòd infinitivum ἔπειθαι non apposuerint? Dicimus ergò, quemadmodum Profani auctores infinitivū ἔπειθαι interdum addiderunt, quod tantum elegantiae causa factum est, interdum quoq; omiserunt: Par ratione Evangelistæ quandoq; posuerunt eum ut, Act. 23. 30. c. 27. 10. quandoq; etiam omiserunt.

## Addimus nunc de Natura

Logicæ duas pagellas. Quod quidem bonâ cum venia facturos nos speramus, quoniam, uti pro Disputatione hæc proponeremus, necessum omnino videbatur, subjicere ijs quædam, quæ sub controversiam cadere possent. Igitur

### I.

Logica derivatur απὸ τῆς λόγου. λέγεται autem est potissimum duplex. Datur enim λόγος ἐνδιάλεξι, hoc est, verbum internum, seu in mente formatum & conceptū: Datur λόγος προφορικός, i. e. verbum vel oratio prolatitia: ut alias acceptiones omittamus. Quæritur, utra oratio seu utrum verbum intelligatur, cum Logica dicitur derivari απὸ τῆς λόγου? Respondemus intelligi λόγον ἐνδιάλεξι, i. e. verbum mentis ac internum. Ratio, quia Logicus potest facere, quod Logici est, id est, potest ratiocinari sine verbo prolatio: Sed sine ver-

bo interno, seu sine conceptibus mentis non potest id facere. Nam mutus potest quidem λογικεῖαι, sed non potest loqui.

II.

Synonymum Logicæ est Dialectica, sed non simpliciter. Alias appellatur ἐργατικὴ ἐργατικόν, quia est instrumentum sciendi, idq; communissimum & nobilissimum.

III.

Genus constitui non potest per aliquem habitum ex quinq; habitibus ab Aristotele recensitis. De prudentia & Intelligentia res est clara & extra controversiam posita. De Scientia itidem dubitari non potest, eam Logicæ genus esse haud posse. Scientia enim est rerum & causarum, quas res habent. Atqui Logica, ut ex inductione omnium partium constat, de rebus non agit propriè, sed de notionibus, quæ rebus imponuntur, id est, de terminis, rebus ab intellectu impositis, nempe de Synonymo, Paronymo &c.

IV.

Sed neq; Ars est genus Logicæ. Ars est habitus principialis. Non item Logica. Deinde Artis est μέλη, i.e. effigie. Ubi probè notandum est, τὸ μέλη non esse sumendum generaliter, sed ita, ut hæc sint inter se prorsus distincta, τεχναὶ & μέλη. Quando igitur τὸ μέλη adhuc distinguitur à τῷ τεχνῇ, tūm apparet, μέλη esse, versari circa objectum physicè illud afficiendo, ut aliquid novi ex eo facias, id est, formam artificialem in illud introducas. Jam autem Logica non versatur ita circa suum objectum, ut illud physicè afficiat. Neq; enim physicè immutatur Bucephalus, cum Aristoteles ei imposuit notionem Individui: neq; Deus mutatur, cum ei notio subjecti vel prædicati imponitur à nostro intellectu. Est enim operatio Logici im-

ci immannens , quæ ex intellectu non procedit foras & in  
objectum tendit, ut physico modo illud afficiat, nedum ut  
formam artificialem ei imponat. Ergo non est Ars.

V.

Igitur dicendum est, genus Logicæ remotum esse habi-  
tum. Est enim qualitas firmiter inhærens menti, & faci-  
ens Logicum expeditum ad benè rectèq; discurrendum.  
Propinquum autem esse habitum mentis instrumenta-  
lem. Quia enim habitus dantur principales, dantur quo-  
que minus principales: hinc ut genus proximum consti-  
tuatur , assumendus est habitus instrumentalis. Talis  
habitus Logica est. Unde appellatur ab Aristotele ἔργανον  
ἔργων. i. e. instrumentum instrumentorum. Porrò, quia  
habituses instrumentales iterum sunt vel corporis, vel men-  
tis & intellectuales: igitur ut genus propinquum comple-  
tè constituantur, dicimus esse habitum mentis instrumen-  
talem.

VI.

Differentia petitur à fine interno Logicæ: Finis autem  
ille non est, informare mentem nostram rebus ipsis, sicut  
Excellentiss. Logicus ac Theologus Dn.D.Scharfius nos do-  
cet Limā Logic. Hamburg. p. 8. & 16. Logica enim, quan-  
do notionem generis, vel speciei, vel proprij, vel acciden-  
tis, subiecti vel prædicati imponit rebus , nequaquam  
tum mentem informat, qualis informatio in cognitione  
rerum constare debet: ne dicam hujusmodi actum, qui est  
informare mentem, convenire scientiis omnibus: cum ta-  
men differentia debeat uni, soli, & semper convenire, juxta  
Can. 3. ex Logic. Excellentiss. Dn. D. Scharfij, quia illa spe-  
ciem debet etiam constituere & à cæteris distinguere. Sed  
differentia est, tradere modum discurrendi. Aristoteles  
enim ipse Logicam appellat τέχνην θεωρίης, id est, modū  
scien-

sciendi. Modus autem ille consistit in instrumentis quæ Logica fabricat, ut ijs juvetur homo in ratiocinando. Intueatur Logicam, quisquis est, qui dubitat hæc de re, & inveniet, omnia, quæ in ea tractantur, esse instrumenta, quæ facilitant modum disputandi seu ratiocinandi de re quāvis. Synonyma, Paronyma, Genus, Species, Proprium, Accidens, & Regulæ de iisdem quid sunt, nisi instrumenta, quibus utitur noster intellectus in ratiocinando de rebus? Syllogismus, qui ex his instrumentis conficitur, quid est, nisi nobilissimum omnium instrumentum, quo facilitantur nostri discursus, & dialogismus? Igitur manet, differentiam Logicæ esse, fabricari instrumenta, quibus intellectus noster in ratiocinando utatur, sicq; per eadem organa, seu instrumenta sciendi facilitetur & dirigatur. Hoc officium in nulla alia disciplina præstatur, adeoq; solius Logicæ proprium est.

#### VII.

Finis externus est indagatio veritatis. Veritas scilicet cognitionis, quâ mens nostra res, sicut sunt, cognoscit. Habet se hic finis instar termini seu metæ, ad quam tendit viator. Ille enim primò sibi propositum habet terminum, v. g. Wittebergam, Romam, vel Athenas: deinde disicit de via, quâ compendiosè iri possit Athenas. Ita Logicus sibi propositam habet veritatem. Deinde adhibet Logica instrumenta, quibus utens possit eò citius ad veritatem pervenire.

#### VIII.

Hinc resultat hæc Logicæ definitio: Quod ea sit habitus mentis instrumentalis, tradens modum discurrendi, ut verum indagetur, & à falso discernatur.

Tῷ Θεῷ τῷ ἐνὶ αὐταῖς καὶ τριευποστήτῳ δόξα, καὶ πηνί, καὶ  
ἐπαύτη, εἰς πάντας τὰς αἰώνας!

05 A 257




KD 77





# Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres  
Inches

J.  
PHILOLOGICA,  
ns

N DICTI

L. 8.

spirante gratia

IDIO

ARISSIMI

HOLTZMANNI,  
OS. ADJUNCTI gra-  
DECANI spectabilis,  
is ac Favitoris sui summo  
cultu prosequendi.

m disquisitioni  
cit

ADUS SAHERUS,  
pondens.

io Majori

. Horis antemerid.

ERGÆ,  
HAKEN, M DC L